

solet. Item de ponte IIII talenta; de manso domini Lempkonis I talentum, de molen-  
dino I talentum, de Ceracuwicz<sup>e</sup>) I talentum, X modii siliginis, decimae III sexagenae  
siliginis et avenae, apud Conradum Bulingum XXXII grossi, apud Heinmannum Saxo-  
nem XV grossi, apud Th. Nunner XXIX grossi uno parvo minus, apud sororem  
torculatoris XVI denarii parvi, apud Tyzonem Trincuz XXX grossi sine II parvis,  
apud Th. de Longo ponte VII grossi, apud dominam Schottelini VI grossi, apud  
Pezoldum ortulanum V solidi parvi, apud Stoianum ortulanum V solidi parvi. Cetera  
vero bona hospitalis omnia sive mobilia sive immobilia, in agris, in vineis, in allodiis,  
in lignis et pascuis, piscationibus, iure patronatus in Plawin<sup>d</sup>), cum censibus et reddi-  
tibus, quocumque nomine censeantur ubicumque sita fuerint et locata, in vos et vestram  
civitatem pleno iure et habere transferimus sicut hactenus habuimus, ut possideatis  
pacifice ac quiete. Insuper ad tuitionem bonorum nostrorum debebitis diligenter inten-  
dere et nostros censuales fideliter defensare ac ad collectionem census nostros nuntios  
adiuvare. Praeterea addicimus, quod dictum hospitale nulli aut nullis cuiuscumque  
status dignitatis vel conditionis existant a vestra civitate alienare aut vendere debeatis  
vel pro bonis aliis commutare, nisi hoc de nostra voluntate fieret et assensu. Ceterum  
si qua nostra utilitate inspecta vel alia de quacumque causa XX talenta praedicta  
vel in toto vel parte vendere vellemus, ea vobis primo exhibebimus ad emendum;  
quae si emere volueritis, pro quolibet talento dabitur VIII sexagenas grossorum, si  
vero emere nolletis vel non possetis, aliis quibuscumque voluerimus vendendi liberam  
habebimus facultatem. Datum Dresden anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIX<sup>o</sup>. in Epiphania  
domini. Testes vero huiusmodi sunt dominus Ot. burgravius de Donin dictus Heyde  
et frater eius dictus Junge, frater Zlauco gardianus in Suselitz, frater Ot. gardianus  
in Dresden, frater Ny. lector ibidem, frater Alexius visitator dominarum in Suselitz,  
frater Johannes in Dobelin, frater Henricus confessor dominarum in Suselitz, frater  
Fridericus de Spremberg, frater Hugo de Waldinberg, dominus VImannus plebanus  
in Plawin, dominus Henricus plebanus in Clozcowe, dominus Ny. Schile capellanus  
perpetuus hospitalis, dominus Mathias capellanus Omnium sanctorum et alii quam-  
plurimi fide digni. Igitur ad recognitionem nostrae collationis ac vestrae hereditariae  
possessionis annis singulis nostro monasterio unum talentum cerae dabitur in festo  
beati archangeli Mychahelis. In omnium horum evidens testimonium nostris sigillis prae-  
sentem litteram fecimus roborari.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit den Siegeln der Aebtissin und des Convents an Per-  
gamentstreifen.

c) Sörkowitz, Par. Kaditz. d) Plauen, Eph. Dresden.

No. 42. 1329. 6. Jan.

Ny. Monetarius magister consulum, Ny. Vtonis, Her. de Lipzic, Heinmannus Saxo, Andreas  
Pistoris, Jacobus Magnus, Joh. de Wilandisdorf, Joh. de Jochgrimme, Joh. Bulingi, Ny. de  
Kemnicz, Petrus ex moneta, Henr. Mulich, Henr. Meze, Her. schultetus, Henr. Abirsbach, Wi-  
gandus Cigileri, Helwicus Sartor, Petrus Ysfridi consules in Dresden et iurati *erklären mit den*